



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

§.XII. Endlicher Vergleich zwischen den Kayserlichen und Schweden, über den punctum Autonomiæ in Imperio und Justitiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647. Ad Artic. X. Lit. E. *Ee, pro ea.* 1647.
 Majus. Ad Artic. XII. Lit. F. Post verbum: *retineant*, addatur: *cum suis be-*
redibus. Majus.
 Ad Artic. XIV. Lit. G. Pro Cammer-Gericht, ponatur: *Cent-Gericht.*
 Ad Artic. XX. Lit. H. *Circuli*, pro *Statibus*, aut *Status Circulorum*: Item
 post: *de*, addatur: *conjunctim.*
 Ad Artic. XX. Lit. I. pro: *liberum sit*: ponatur: *Cesarea etiam Ma-*
iestas dignabitur in causis &c.
 Ibid. Lit. K. Item deleatur: *Principum*, & ponatur: *Electorum, Princi-*
pum & Statuum.
 Ad Artic. final. Lit. L. post: *Imperii*, addatur: *conjunctim.*

§. XII.

Endlicher
 Vergleich in
 puncto Au-
 tonomie und
 Reforma-
 tionis Justitiz.

Endlich wurde bey denen zwischen den
 Kayserlichen und Schwedischen Gesand-
 ten wieder angetretenen, auch täglich und
 unvermuthet fortgesetzten Conferentien,
 der Punctus *Autonomia subditorum in*
Imperio, dann *Reformationis Justitiz* also

gefasst, wie die beyden Anlagen N. I. & II.
 ausweisen: Hingegen alle weitere Hand-
 lung nach Münster, zu einer daseibst bes-
 liebten Haupt-Conferenz, ausgefetzt,
 wohin sich mit Ausgang des Monats Ma-
 jii die Gesandtschaften sämtlich verfügten.

N. I.

Vergleichener Articulus in puncto *Autonomia Subditorum in Imperio.*

Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vasallos, Civitates, Fundationes, Monasteria, Commendas, Communitates & Subditos, Statibus Imperii Immediatis, sive Ecclesiasticis sive Secularibus, vel pure vel simpliciter vel certis Conditionibus & Privilegiis subiectos pertinent, cum ejusmodi Statibus Immediatis cum Jure Territorii & Superioritatis, ex communi per totum Imperium hæctenus usitata praxi, etiam Jus Reformandi Religionem competat, ac dudum in Pace Religionis, talium Statuum Subditis, si à Religione sui Superioris dissentiant, Beneficium Emigrandi concessum, insuper majoris concordie inter Status conservandæ causa, cautum fuerit, quod nemo alienos Subditos ad se pertrahere, eave causa in defensionem aut protectionem suscipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat, conventum est, hoc idem porro quoque ab utriusque Religionis Statibus observari, nullique Statui Immediato, Jus, quod ipsi ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere.

Hoc tamen non obstante Catholicorum Statuum Landfascii, Vasalli & Subditi cujusque generis, qui Anno Domini 1624. quacunque anni parte sive certo Pacto & Privilegio, sive longo usu sive sola conniventia publicum Augustanæ Confessionis Exercitium vel etiam privatam habuerunt, retineant id etiam impostum unâ cum annexis, quatenus illa dicto Anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt; cujusmodi annexa habentur Institutio Consistoriorum, Ministeriorum tam Scholasticorum quam Ecclesiasticorum, Jus Patronatus, aliaque similia, nec minus maneat in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum Templorum, Fundationum, Monasteriorum, Hospitalium cum omnibus pertinentiis, redditibus & accessionibus, usque eo, donec de Religione Christiana vel universaliter vel inter Status Immediatos eorumque Subditos mutuo consensu aliter

1647. erit conventum: nec etiam a quocunque ulla ratione aut via turbentur: tur- 1647.
 Majus. bati verò aut quocunque modo destituti sine ulla exceptione in eum, quo An-
 no 1624. fuerant statum, plenarie restituantur.

Idemque observetur ratione subditorum Catholicorum Augustanæ Confessionis Statuum, ubi dicto Anno 1624. usum & Exercitium Catholice Religionis publicum aut privatum habuerunt. Pacta autem, Transactiones, Conventiones atque Concessiones, quæ inter tales Immediatos Imperii Status eorumque Status Provinciales & Subditos supra dictos de publico vel etiam privato Religionis Exercitio introducendo, permittendo & conservando antehac intercesserunt, initæ & factæ sunt, eatenus ratæ ac firmæ manento, quatenus observantiæ dicti Anni 1624. non adversantur, nec ab iisdem, nisi mutuo consensu recedere liceat: non attentis sed annihilatis omnibus Anno 1624. observantiæ, utpote quæ instar Regulæ obtineat, contrariis latis Sententiis, Reverfalibus, Pactis, quibuscunque Transactionibus.

Et inter illa, quæ Episcopus Hildesienfis & Duces Brunsvicenses & Luneburgenses de Religione Statuum & Subditorum Episcopatus Hildesienfis nonnullis pactis Anno 1643. transegerunt.

Illi vero Catholicorum Subditi Augustanæ Confessionis addicti & Catholici Augustanæ Confessionis Statuum Subditi, qui ad Ao. 1624. publicum aut privatum Religionis suæ Exercitium nulla anni parte obtinuerunt, quotquot eorum tempore publicatæ per Imperii Circulos præsentis Pacificationis in unius vel alterius Religionis Statuum Immediatorum ditionibus habitare deprehendantur, quibus ii annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas evitandas, non tamen animo transferendi domicilium alio commigrarunt, & facta Pace in patriam redire volunt, Religionis causa solum vertere, bona venundare & emigrare nullatenus cogantur, sed patienter tolerantur & conscientia libera domi devotioni suæ, sine inquisitione aut turbatione privatum vacare, in vicinia verò, ubi & quoties voluerint, publico Religionis Exercitio interesse, vel liberos suos exteris Augustanæ Confessionis Scholis aut privatis domi Præceptoribus instruendos committere non prohibeantur. Sed ejusmodi Landsassii, Vassalli & Subditi in cæteris officium suum cum debita erga suos superiores reverentia adimpleant, nullisque turbationibus ansam præbeant.

Sive autem Catholici sive Augustanæ Confessionis fuerint Subditi, nulli ab Religionem despiciatui habeantur, nec à Mercatorum, Opificum ac Tribuum Communione, Hereditatibus, Legatis, Hospitalibus, Leprosoriis, Elemosynis aliisque Juribus & Commerciis, multominus publicis Cæmeteriis, honoreque sepulturæ arceantur, aut quicquam pro exhibitione funeris à superstitibus exigatur præter cujusque Parochialis Ecclesiæ Jura pro demortuis pendenda solita; sed in his & similibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali Justitia protectioneque tuti.

Quod si vero subditus sua sponte migrare voluerit aut suum vendere, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare & quoties ratio id postulat ad res suas inspiciendas libere redire.

Emigratio quoque hæc voluntaria prætextu Servitutis aut alio nequam impediatur, aut migraturis testimonia Nativitatis, noti Opificii, honestæ vitæ denegentur, nec iidem Reverfalibus inustitatis aut decimationibus substantiæ secum exportatæ plus æquo extensis prægraventur.

1647.
Majus.

Illi denique Statuum Immediatorum Subditi, qui post Pacem per Circulos Imperii publicatam deinceps futuro tempore diversam à suo superiore Religionem amplectentur & profiteri deprehendentur, iusta quidem Magistratus Religionis causa termino præfixo decennali emigrari teneantur. Quod si intra hoc spatium bona sua vendere aut commoditatem domicilii transferendi invenire dequiverint vel neglexerint, ex superabundanti secundus terminus quinquennalis præfigatur. Quo elapso etiam si moras nectant, Magistratus eos ulterius tolerare non teneatur.

1647.
Majus.

Hoc modo autem coactè emigrantibus eadem beneficia competant, quæ paulò ante iis, qui sua sponte emigrant, concessa sunt.

N. II.

Verglichener Articul, in puncto Reformationis Iustitiæ.

Præterea visum & conclusum est, ob enatas ex præsentis bello mutationes aliisque de causis Judicium Camerae Imperialis ad alium universis Imperii Statibus commodiorem locum transferre, & Judicem, Præsides, Assessores, & quoscunque Iustitiæ ministros pares numero utriusque Religionis præsentare, modo quidem sub finem huius §. adjuncto, reservatur tamen, si in proximis Comitibus venturis alius Statuum Juribus magis proprius inveniri possit; Sicut & de reliquis Judicium Camerale spectantibus, cum hic ob negotii gravitatem tam facile expediri nequeant, in proximè indicendis Comitibus agi & conveniri deliberationesque de Reformatione Iustitiæ in numero Deputatorum Imperii Conventu Francofurti habitæ effectui dari, et, si quæ in his desiderari videntur, suppleri & emendari debent.

Interea tamen Status de præsentandis maturè in locum demortuorum novis ad Judicium Camerale Assessoribus admoneantur, Cæsareaque Majestas mandabit, ut non modo in isto Judicio Cameraali Causæ Ecclesiasticæ ut & Politicæ inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Status, vel inter hos solos vertentes, adlectis ex utraque Religione pari numero Assessoribus, discutiantur & judicentur; Sed idem etiam in Judicio Aulico observetur huicque fini aliquot Augustanæ Confessionis doctos & rerum Imperii peritos viros ex Imperii Circulis, ubi vel sola Augustanæ Confessionis vel simul etiam Catholica vigeat Religio, adsciscat, eo quidem numero, ut eveniente casu, paritas Judicantium ex utraque Religione Assessorum observari possit.

Quoad Processum Judicarium Ordinatio Camerae Imperialis etiam in Judicio Aulico servabitur per omnia, tum, ut ne partes ibidem litigantes omni Remedio Suspensivo destituantur, loco Revisionis in Camera usitata licitum esto parti gravatæ, a Sententia in Judicio Aulico lata ad Cæsaream Majestatem supplicare, ut Acta Judicialia denuo adhibitis aliis gravitati negotii paribus neutrique partium addictis, ex utriusque Religione æquali numero Consiliariis, & qui concipiendæ & ferendæ priori Sententiæ non interfuerint, aut certe referentium & correferentium partes non sustinuerunt, revideantur.

Visitatio Consilii Aulici fiat ab Electore Moguntinensi, toties, quoties opus fuerit; observatis iis, quæ in proximis Comitibus de communi Statuum placito observanda esse videbuntur.

Si quæ vero dubia circa interpretationem Constitutionum ac Recessuum Imperii publicorum occurrunt, aut in dijudicandis causis Ecclesiasticis ex

paritate

1647. paritate Assessorum utriusque Religionis contraria orientur Sententia, re- 1647.
Majus. mittuntur ad Comitata Imperii Universalia, nisi interea amicabili partium Majus.
compositione finiantur, atque in Aulico non minus, quam Camerali Impe-
ratoris Judicio, Privilegium Primæ Instantiæ, Aufregarum, Jura & Pri-
vilegia de non appellando Statibus Imperii illibata sunt, nec per Mandata
aut Commissiones, aut quovis alio modo turbantur.

Denique cum de abolendis Curia Imperiali Rotwilæ, Judiciis Provin-
cialibus Sueviæ, Hagenoæ & aliis hinc inde per Imperium hæctenus usita-
tis mentio injecta fuerit, resque hæc gravioris visæ sit momenti, de his
quoque ulterior deliberatio ad proxima Comitata remissa esto &c.

Summarischer Inhalt

des

Dreißigsten Buchs.

- §. I. Nachricht von denen seithero zu Osnabrück gepflo-
genen Tractaten; Ungewisheit, ob *Catholici* zu
Münster das bißhero verhandelte ratificiren wür-
den; Schweden erheben sich nach Münster, um
dieselbst die Sache vollends auszumachen. Einge-
fallene Behinderung des Friedens; Königsmarkt
occupirt Fürstena; darüber entstandene Bewe-
gung unter den Gesandten; Schweden suchen
solche Action zu justificiren; Der Kayserlichen
Gesandten darauffertheilte Erklärung; Behinde-
rung des Friedens durch die Franzosen und an-
dere Umstände; Trautmannsdorffs Vorschlag
zu Vereinigung aller Reichs-Stände.
- II. Ausstellung des Kayserlichen Projectis Instru-
menti Pacis an die Schweden und Franzosen;
Der Kayserlichen Beschwehung über der Franzo-
sen Aufzüge. N. I. Formula des Kayserlichen
Instrumenti Pacis mit der Crone Schweden.
- III. Anmerkungen über das Kayserliche Instru-
mentum Pacis. N. I. *Ponderatio* in forma.
- IV. Erste Conferenz zwischen den Schweden und
Franzosen zu Münster; Von des Hauses Oe-
sterreich Assistenz der Crone Spanien zu leisten;
Puncta controversa zwischen den Kayserlichen und
Schwedischen.
- V. *Catholici* wollen zu Münster von neuem über
die bereits zu Osnabrück abgehandelte Puncten tra-
diciren; wozu *Evangelici* sich nicht verstehen wollen;
Chur-Bayern behauptet sein *Forum* im Fürstens
Rath neben dem *foro* in Collegio Electorali; Von
des Herzogs von Savoyen Session im Fürstens
Rath. N. I. Chur-Bayerische Protestation und
ausführliche Remonstrations-Schriefft, wegen der
Session und *Fori* im Fürstens-Rath, in specie ge-
gen die, von Schweden disfalls pretendirte Prä-
cedenz.
- §. VI. Schweden berichtigen unter gewissen Bedin-
gungen den punctum *Causæ Palatine*; Der Fran-
zosen Aufzüge bey der Friedens-Handlung.
- VII. *Catholici Status* wollen das zu Osnabrück ver-
glichene Project, puncto *Gravaminum Ecclesiasti-
corum*, nicht annehmen; Die vornehmsten Kay-
serlichen, Französischen und Spanischen wol-
len vom Congress hinweg gehen.
- VIII. *Evangelici* bewegen durch eine solenne Depu-
tation, den Grafen von Trautmannsdorff, seine
Abreise von Münster aufzuschieben. N. I. *Proto-
collum*, was dabey vorgegangen.
- IX. Der Kayserlichen Gesandten nachdenckliche
Propositio an alle Catholischen Stände, sich mit
der bißhero gepflogenen Handlung zu beruhigen,
und die Sache nicht höher zu treiben. N. I. Kay-
serliche *Propositio* in forma.
- X. Marburgische Succession-Sache retardiret die
Friedens-Handlung; Die Reichs-Stände inter-
poniren sich zur Güte; *Oxenstierna* will von Mün-
ster wieder fort; wird zu beharren ersucht; An-
zeige derer noch unerledigten Puncten; Franzosen
werden um Beschleunigung der Tractaten angelan-
get. N. I. *Protocollum Monasteriense* Senatus
Principum d. dato 23. Jun. 1647. N. II. *Extractus
Protocollaris*, was zu Münster vom 23. Jun. bisß
31. Jul. gehandelt worden; *Adj. A. Designatio* des
rer